

70

ang. 74
75.

DISQUISITIO EPISTOLARIS

VTRVM CAROLI V.

AVGVSTI DOLO VOX

einiger IN ewiger

IN DECRETO DE PHILIPPI MAGNANIMI

CAPTIVITATE MVTATA FVISSE FALSO

DICATVR

Q V A M

VIRI MAGNIFICI EXCELLENTISSIMI

ATQVE AMPLISSIMI

IOHANNIS DAVIDIS

KOELERI

HISTORIARVM IN ALMA

G E O R G I A A V G V S T A

PROFESSORIS ORDINARII LONGE CELEBERRIMI ET REGIAE

QVAE BEROLINI FLORET, SCIENTIARVM SOCIETATIS

MEMBRI DIGNISSIMI

BFNEVOLAE CENSURAE SVBHCIT

P E T R V S P L E S K E N

LL. ET HISTORIARVM CVLTOR

REGIAEQVE SOCIETATIS TEVTONICAE

GOETTINGENSIS SODALIS.

GOETTINGAE

Typis Ioann. Frid. Hageri MDGCL.

v. Lütz. gal. 2. 1750. n. 104.
Pleskens d. h. sub. Kaiser. d. j. m. dom. Gn. in A. P. Weiffel
Lamb. 1751. n. 3.

JOHANNIS DAVIDIS
KORNERI
HISTORIARVM IN ALMA
S E O R G E A D A V O V E T A
P E T R V S P E R E M
T Y P O G R A P H I C A
G O T T I S C H E
T Y P O G R A P H I C A



VIR MAGNIFICE EXCELLEN-
TISSIME! AMPLISSIME!

PRAECEPTOR AC PATRONE IVGI
PIETATE ET OBSERVANTIA
SVSPICIENDE!

Tametsi nimis temerarium videri poterat VIRO tanti
Nominis, vt in TE, VIR MAGNITICE, non Geor-
gia Augusta solum, sed totus, quaqua patet, orbis eru-
ditus dudum veneratur immaturum quendam exigui ingenii foe-
tam consecrare; tamen decumana illa beneuolentia, qua imme-
rentem me per integrum istud biennium quod in illustri hac
Musarum sede nunc transegies complexus & immo vt dicam, quod
res est, non secus ac filium TVVM lactasti animum mihi addi-
dit fluctuanti. Haec enim vt pietati in TE meae memorisquae
gratissimi animi monumentum abs me exegit, siquidem vt Cicero
in oratione pro Cneio plancio habet, nihil tam proprium hominum
existimandum sit, quam non beneficio. sed etiam beneuolen-
tiae significatione allegari: hic illa itidem mihi fiduciam inge-
neravit publice TECVM super argumento quodam historico

colloquendi, *TECVM* inquam quem in hoc studiorum genere Roscium merito appellant omnes quibus de Viris in arte sua excellentibus interque reliquos eiusdem haud imperitos, ceu primae magnitudinis stellae emicantibus recte solideque iudicandi facultas concessa est; Sed *QVI* ea etiam alios antecellere comitate facilitateque dudum sueuisti, ut nonnisi laeti hilaresque ad *TE* accedere queant iuuenes, quos in sententiis iis, quas exceptiones aliorum reddere dubias controuersasque experiuntur, solidiorem ex tam largo promocondo hauriendi institutionem, altior cepit cupido. Neque vero alia ego mente id mihi sumsi, hoc *TE* scripto ut adirem nisi ut singula illa quae de quaestione in rubro iam indigitata ultro citroque disputari solent, tanto rectius inter se conferre, vnoque velut obtutu peruidere possem atque adeo viam eo expeditiorem mihi pararem ad *TVVM* ea omnia arbitrium adducendi, sententiamque *TUAM* eo facilius penitusque introspectiendi. Qui enim tantum inani, nescio cui, largirer superbiae, ut mihi effluxisse quid somniarem limatiorem *TUAM* quod ferret censuram? Qui vero etiam vsque eo a me possem deficere, ut in praecipuae fecilitatis meae partibus non numerarem me non in praelectionibus modo *TVIS* exquisitissimis, quas ut frequentare mihi liceret iam ante in votis habebam ardentioribus, quam in hanc academiam ingrederer, sed & in priuatis sermonibus colloctionibusque intra velum, pro singulari *TVO* in me fauore, saepenumero mecum institutis, ab ore *TVO* pependisse.

Patere igitur *PRAECEPTOR!* aetatem *CVI* ero deuotus, ut intuitu decreti istius, quo Philippus Magnanimus Hassiae Landgravius ab imperatore Carolo V. libertate fuit priuatus, *TE* Apolline utar, *TVO*que Oraculo securus tandem euadam, magisne in Carolo vel saltim eius Ministro Granuella, perfidia, an in Philippo improuidentia eueniat taxanda?

§. I.

§. I.
Nondum quidem memoria excidit quae in historia T V A
 imperii Romano - Germanici prae reliquis aevum dura-
 tura de hocce tradidisti argumento (a) Vsque eo haec inhaerent
 animo, vt pro meo qualicumque ingeniolo contrarium iudica-
 rem expofum. Verum enimvero cum fint, qui esse, quod
 contrariam sententiam fulciat arbitrentur (b) liceat mihi met ipsi
 diffidere, breuibus, qualiter rem sese habere mihi persuaferim
 exponendo.

§. II.

Quis autem agmen ducat eos inter, qui Carolum V. Au-
 gustum promissis erga Landgrauium minus stetit affirment, ego
 equidem non habeo dicere. Patrocinator tamen, quod extra
 dalitationis aleam positum est sententiae huic vetustas, siquidem
 iam ad ipsum illud seculum quo religionis Diui nostri Lutheri
 ope contigit emendatio suos illa refert natales. Etenim legitur
 ut T V T E M E T I P S E iam nos edocuiſti (c) in libello ab Anony-
 mo quodam consignato; & postquam vsque ad praesens, quod
 viuimus aevum in MSto delituerat, selectis obseruationibus.
 Halensibus stylo vernaculo scriptis sub *Historiae arcanae* nomine
 inserto (d). Dum autem hoc repeto licebit mihi & illud ad-
 dere eundem libellum, si qua rem ipsam, & praecipuum, quod
 continet, argumentum spectetur iam ante obseruatores illos a
 Godofredo *Arnoldo* (e) & denuo paucis abhinc annis a Pl. Reu.
Georgio Groschio (f) vel potius a *B. Ern. Sal. Cypriano* Theo-
 logo

A 3

(a) pag. 445. & 446.

(b) Celeb. Kortholtus Professor iuris in acad. Giessensi in Programme
 de Philippo Magnanimo iniuste captiuo. Giessae 1747. 4to.

(c) l. c.

(d) Part. II. obseru. XII. p. 237.

(e) Kirchen- und Reher, Historie P. IV. p. 82. seqq.

(f) Vertheidigung der Evangelischen Kirche wider die Arnoldische
 Kirchen- und Reher, Historie L. I. c. III. p. 50. seqq.

logo pariter & historico immortalis famae (nam is priora quatuor operis Groschiani capita abs se esse composita in praefatione fatetur) editum fuisse, ita tamen, ut, ex collatione singularum editionum, magnam subinde exemplorum dissimilitudinem animaduertamus, nec in ipsa sui inscriptione aut titulo satis conueniant; vt ideo parum abfuerim quin cum Reu. *Iob. Frid. Gauben* fidem huius MSti in dubium vocarim (g).

§. III.

In hac igitur historia arcana haec venditantur: (b) Als nun der Keyser mit seinem Lager nach Halla verzog, ward endlich auch durch Unterhandlung Herzog Morizen der Landgraf beym Keyser verbeten, daß er nach gethanem Fußfall in Gnade und Ungnade wieder möchte zu Gnaden aufgenommen und der Gefängniß gefreyet bleiben. Und ob wohl solches gar statlich durch des Keyfers Hof-Räthe zugesagt ward, brauchte doch der Bischof von Arras diesen List, daß er aus dem Wort einig, ewig machet, und den Verstand einige Gefängniß für ewige Gefängniß deutet, und der Landgraffe also in solcher Gefängniß durch diesen List zu hauffen gebracht ward.

§. IV.

Quis genuinus huius scripti auctor fuerit oppido in certum esse videtur, licet enim obseruatores Halenses (i) nec non Arnoldus

(g) Fortgesetzte Sammlung von A. und B. 1729. p. 293. seqq. ubi variis argumentis iisdem non contemnendis est usus.

(b) utor hic verbis *historiae huius arcanae*, prout ea in obseru. Halensibus citatis p. 310. & apud *Arnoldum* l. c. p. 91. leguntur. Nam apud *Groschium* l. c. p. 63. seq. aliter ea se habent, pluresque circumstantiae adduntur. Est tamen hoc exemplum, quod apud *Groschium* typis descriptum exstat, idem illud: quo b. *Seckendorffius* & b. *Sagittarius* operum Lutheri editor iste, vsi fuerunt. V. *Groschius* p. 50. seq.

(i) l. c. p. 238.

noldus (k) & Groschius (l) illud Matthaeo Ratzenbergero Electoris Saxonis Iohannis Friderici Archiatro adscribant, hanc tamen sententiam iam dudum b. Iacob. Thomafius (m) & nouissime R. Gauhe (n) oppugnatum iuerint, eorumque postremus Wilhelmo a Lichtenstein Consiliario Stolbergico potius tribuat libellum; Certe in hoc scripto, uti ab Arnoldo & obseruationibus Halensibus exhibitum fuit, varia recensentur, quae Ratzenbergeri iam ante diem III. Ianuarii clo 16 LIX. fato functi (o) aetatem longe excedunt.

§. V.

Cuius autem cunque auctoris fuerit hoc scriptum certe non parum opinor auctoritatis eidem character detrahet auctoris. Etenim, vt ne vrgeam, (quod a Catholicis fortassis excipietur) fuisse illum Euangelicae religioni addictum adeoque in hac lite (quippe in qua potius ex Euangelicorum silentio aut Catholicorum confessione sit argumentandum) testem non esse exceptione omni maiorem, sane quanta is vir fuerit credulitate; Hoc vnicum sit documento. In adducta historia (p) persuadere nobis vult de Bugenhagio in publica ipsum concione dixisse, postquam auditores ad preeces pro Electore fundendas fuerit exhortatus se intelligere recens creatum Mauritium: Denn der ist ein rechtschaffener, gütiger und milder Fürst, und hat neulich dem Herrn Philippo und mir einem jeden eine Pumpmühe voller Thaler schenken lassen. Quam vero remotus ab hacce insipientia fuerit, Bugenhagius apparct ex defensione ista quam ex Hortledero (q) adduxit

(k) l. c. p. 82.

(l) l. c. p. 50. seq.

(m) apud Arnoldum l. c. p. 96.

(n) Fortgesetzte Sammlung l. c. p. 297.

(o) V. M. Andreae Poach. Bericht von dem Abschiede Matth. Ratzenbergers Ienae 1559. 4to. add. Arnoldus & Grosch l. c. item Fortgesetzte Sammlung 1735. p. 6.

(p) in sel. obseru. Hal. Germ. §. 30. p. 315.

(q) de bello Germ. T. II. c. 74. p. 457.

adduxit S. V. Heumannus, Praeceptor meus cum ob solidissimam institutionem tum ob singularem in me benevolentiam perpetua abs me veneratione prosequendus (r).

§. VI.

Eidem tamen cui ille Ratzenbergerus vel quicumque etiam historiae eius arcanae auctor habeatur sententiae subscripsisse videtur *Philippus Matthaeus*, I. V. D. & Professor Marpurgensis in oratione de vita & obitu Philippi iunioris Landgrauii Hassiae (nostro Philippo patre nati) habita Marpurgi XVI. Februarii 1584. (s) Dum enim multus est in heroë suo depingendo & in parentis ipsius laudes excurrit, subiungit tandem: *qui nescio, qua calliditate ab Imperatore Carolo V. captus, tantum tamen effecit, quantum incolumis optare nunquam ausus fuerat.* Sed magis inclinaret animus ad fidendum illi, nisi & panegyricum munus cum historico coniunxisset; nec Hassiaco stipendio militasset; praetereaque minus & obscure & oblique, quid sibi vellet demum annuisset; nec paulo serius hanc lucem, adspexisset, quippe anno 1560. (t) quam ut sua aetate gesta narraret.

§. VII.

Excepisse hosce historicum multo omnium acutissimum *Thuanum*, plurimi non ita pridem in aprico posuere; neminemque latet, quot eius fidem fuerint secuti, (v) quaeis speciatim respondere singulis non huius est ratio instituti; generalia interim mox studebo adducere nonnihil ad hos facientia. Non dif-
fiteor

(r) in Differt. epistolica ad Lucae XVIII. 8. gratulatria ad S. V. Goetten edita Goettingae 1746. 4to.; vbi vide sis plures Bugenhagenii apologetas.

(s) Exstat in panegyricis academiae Marpurgensis. Marpurgi 1590. 8vo. editis p. 45.

(t) ut docemur ex Bernhaldi Copii Professoris Marpurgensis oratione de vita ex oblitu eius l. c. p. 148.

(v) horum qui noscere cupit non paucos, adeat Crullium in iustitia belli Saxonici Mauritanii edita Lipsiae 1631. 4to.

riteor autem parumper in hac lite Thuanum mihi esse suspectum, Gallum quippe, quum omni dubio vacet, nec Carolo V. unquam nec filio eius tum temporis quo Thuanus vixit, cum Gallis sineeram intercessisse amicitiam.

§. VIII.

Ludouicum vero ab Auila, in horum etiam censum esse referendum, tametsi habeam auctores, quo iure, nescio. Nullibi sane de carere nullo, sed vbiuis de non perpetuo, loquitur. Nimirum post recensitas summatim capitulationis Caroli V. Augusti cum Landgrauio leges, subdit (w) *So wolt Ihr Maj. ihm auch verheissen vor ewiger Gefängniß sich nicht zu besorgen.* Deinde expositis quae Augustum inter & illum contigerint ad eius captiuitatem vsque, addit: (x) *Solche Gefängniß war ihm (Landgrauio scilicet) erstlich gar frembd und schwer und kondt die nicht wohl erdulden, denn dieweil sie nicht ewig war, meint er, daß sie ganz leicht geschehen würde, also daß er hin und wieder auf die Jagt und sonst im Land zu Hessen ziehen möcht.* Mihi quidem eum ne cogitasse quidem de dolo aliquo & ex subsequens, certum est (y). Aber Gott der Allmächtig durch seine Göttlich Verhengniß hat ersehen, daß die zwen Häupter der Lutherer, die viel Unglücks und Uebels in der Christenheit gestiftet haben in der Kays. Maj. Gewalt gebracht und kommen seyn, durch fast ehrliche Weg und Mittel, welches männiglich ders erfahren wird, sagen müssen. Quum igitur vox fast denotet *valde* pro genio medii aevi, utque patet *ex versione non Latina minus quam Gallica*, Auila pro me potius pugnare videtur. In hac enim 1550. iam procurata per Matthaeum Vaulchierum qui dicitur in rubro
herault

(w) prout exhibetur in Germanica eius versione a Philippo Magno Duce, Brunsvic. Luneburgico publici iuris facta apud Hortleder l. c. T. II. cap. 83. p. 587. sep. confer p. 639.

(x) pag. 521.

(y) pag. 520.

herault des armes de S. M. Im.) p. 131. haec leguntur: *Mais Dieu a permis que s'extimant excéder tous ceulx d'Allemagne pour negociés capitula & de sa main escripuit contre lui mesme sans soy parcevoir qu'en non traictant si non de perpetuelle prison la temporelle demoroit a la discretion de celluy ez mains du quel il se mettoit, mais depuis it uint a recognoistre, qu'il auoit parlé contre luy mesme, & commença d'aucunement se rapaiser & prendre sa fortune plus paciemment, & ainsi qui presumoit d'estre fort entendu en negoces fut aveuglé en son propre faict. -- Or il a pleu. a Dieu, q. les deux chiefs des Lutheriennes, ayas faict tant de maulx & de desordre en la christiente sont en fin venuz au pouoir de l'Empereur avec moyens si honorable pour sa Majesté que tout le moinde le cognoist, & scaurat tant qu'il durera.*

Latinam vero Guilielmi Marlinæi Brugensis Antwerpiae civitatis 580. 8tav fol. 138 b inspicientibus, haec sese offerunt in responsione nomine Caesaris supplici Landgrauio facta: *Non magis enim se (h. e. Carolum V.) id contendere & uelle ne pactio-nem sancitam aut ipse aut clientes & subditi eius violent, quam uti clementiam, qua in illos usus est fide & obsequio demereantur;* & fol. 139 a. *Landgravius initio captiuitatem suam in patientis-sime tulit, EAM QVOD NON PERPETVAM, SCIRET tam indulgentem & facilem opinione praeceperat, ut liberum adeo foret, ad Hassiae nemora in venationem abire.*

§. IX.

Nullus alioquin dubitarem quin telum stringere graue contra me possent aduersarii ex ipsius Viri Catholici, quique multum apud Augustum gratia valebat confessione, si dolum factum esse, fuisset largitus. Sed tantum abest ut potius in locis ad ductis indigitet ipsum Landgravium non id fuisse miratum ut ductus fuerit captiuus sed ut tam arcte custodiretur, quippe cum carcerem, quem non aeternum fore sciebat, sibi finxisset multo & faciliorem, & solutiorem.

§. X.

§. X.

Finge tamen mentem eam, quam volunt, Auilae fuisse, periculum faciam, exceptioni locus nedetur. Primo quidem loco rehero, nondum planum factum est Hispanum hunc nostrae linguae peritum usque adeo fuisse, hanc qui fraudem ipse scire potuerit. Deinde vero si & hoc largiamur, asserendi causa fortassis alia fuit quam genuinae studium veritatis. Studuit enim ut ex contextu legenti cuius apparebit, ostendere, Numen ipsum excoecasse Landgrauium ut formulae illi in qua de carcere sermo esset subscriberet in cautus, neminem vero praeterit Hispanorum in religione ingenium, quam proni sunt, ad credendum & fraudes, quas pias putant? quam faciles haustis subscribunt semel opinionibus ut certo certissimis sententiis.

§. XI.

Praeter haec vero alia fortassis fuit inducens Auilam ut fraudem hanc siue creditam siue minus, defenderet tamen. Potuitne hac re pontificis maximi, cuius in aula Caesaris versabatur saepe legatus, captare gratiam? Id saltem elucet ex historia admodum Papae displicuisse, quod Carolus V. non religionis ergo arma se sumfisse dixerit (2). Suauius num aliquid igitur pontifici dicere potuit Auila, num quid pro sua superstitione lubentius quam Carolum V. non quidem directo religioni aduersari recens conditae omni tamen astutia & calliditate retibus implicare Euangelicos cuius exemplum praebat Landgrauius. Eo facilius fortassis ad hoc inductus est, ut redderet aliquid Papae acceptum pro nouis titulis Carolo Augusto post victoriam Mühlbergensem concessis (aa) imprimis quum demerere Papam blandien-

B 2

dien-

(2) Sleidanus de bello Germanico L. XVII. pagin. ex edit. Argentorat in 8vo. 528. & libro XVIII. p. 537. & 564.

(aa) Ex Zenocaro a Schauenburg L. III. de vita Caroli V. p. 129. adducit Crull in vindiciis Mauritanis Lipsiae 1731. 4to. suntque: Caesar Carolus Maximus & victoriosissimus: Keyser Carl der allergrösste und sieghafteste.

dientem imperatori eo videretur necessarius, quo grauius quondam 1527. Papa antecessor fuerat a Carolo V. laesus.

§. XII.

Caeterum sunt haec nonnisi coniecturae in hunc tantum seopum prolatae, vt iudicetur possitne destrui testimonium Auilae si & adesset contra me in illo aliquid. Missum vero hunc facio; si enim largiri cogerer quoque loqui ipsum de fraude, non parum culpae huius infortunii in ipsum Landgrauium redundaret, id propter quod subscripserit formulae in consultae: quod vere quam parum verisimile sit vel ipse Excellentissimus Kortholtus egregius suis in hanc rem dictis dilucidauit (*bb*).

§. XIII.

Ab hac quidem parte tutum esse me puto; sed rem tamen minime iam diiudicatam credere auderem; si nulla alia causae suppeterent fulcra. Adstruxisti TV sane, VIR MAGNIFICE, PRAECEPTOR GRAVISSIME ex quo hausi illam, argumentis ad stabiliendum solidissimis. Stabunt, quamdiu documentis publicis quamdiu historiae manebit veritas. Iam vero, vt diserte eloqueris, capitulatio, vt aiunt, Caesarem inter & Landgrauium inita luculentum contra fictionem praebet testimonium (*cc*) si let de hac fraude Wilhelmus ipse Philippi nostri filius in ipso illo diplomate quo iniustam patris captiuitatem ostendere allaborat (*dd*). Nullum eius iniicit mentionem Mauritius arma in imperatorem stricturus (*ee*).

§. XIV.

(*bb*) In adducto programme §. V. p. 11.

(*cc*) Hortleder l. c. T. II. L. III. c. 75. p. 460. sqq.

(*dd*) Idem l. c. L. V. c. 9. p. 1025.

(*ee*) Ibidem L. V. c. 4. p. 1013.

§. XIV.

Tantum habent haecce τυα, O Decus nostrae academiae, tantum inquam habent vel dissentientium iudicio ponderis, vt metuum verborum meorum tenuitate TANTI VIRI detrahere dictis Noli tamen me iniquitatis postulare, si quaedam adhuc τυο iudicio subiiciam ex quibus num aliquid elici possit me edoceas. Quotiescunque oculis subieci Sleidani historiam ipsius Augusti & Henrici Brunsvicensis accuratam, multa quidem inveni in paucis aliis obuia, ne vocolam autem de hac fraude emisit. Erat interim historiographus protestantium, erat idem ille, qui, vt adduxi, Papae consilia minus salutaria detexerat, quare hic est taciturnus? Me quidem iudice a mendaciis abhorrens pro veritate defendere illa abnuit. Quare ipse ille Vultei- us Wetteranus Professor Marpurgensis adeoque & Hassiae indigena & Hassiaco stipendio auctoratus nos ad credendum haecce taliaque non inducit (ff)? quare in panegyri hic sua rem silet, quem nullus orator, si contigisset, putasset omittendam? quare iste vir adeo candidus est rem vt ita narret prout historicis congruit optimis: Haec enim eius sunt verba. *Itaque qui se inuictum ab hostibus praestitit populi sui commiseratione victus est, qui armis redigi in potestatem non potuit, communibus utilitatibus parens in potestatem venit, quem nulla manus, nulla vis, nullae insidiae capere poterant, eum publicae salutis amor atque cupiditas in aduersariorum manus cupientem & volentem tradidit.* Quidni? quum contra historiam affirmet non potuisse armis sub- iici a victrici Augusti manu Landgrauium impotentem, cur in me- dium proferre timet fictionem? nonne quia minus coloranda videbatur? Nonne Panegyrico isti inde insigne documentum heroici principis animi, eandem, qua ipse eminebat, in aduer-

B 3

fariis

(ff) In oratione funebri in mortem Philippi senioris nostri Landgra- uii, quae exstat in panegyricis academiae Marpurgensis, Marpurgi 1590. in 8vo. pag. mihi 39,

fariis sinceritatem sibimet spondentis? Quare Chytraeus Theologus Euangelicus, etiam hancce fraudem filet, quum multa alia exprobet Catholicis (gg)?

§. XV.

In primis autem prouoco ad illud quo totam hanc litteram diuidi pro mea qualicumque mente apparet, documentum scilicet publicum iam pro me adduco, quo Carolus V. suis cum Landgrauio actis iustitiam euincere studet (bb): Nachdem nun und als der Landgraf schon im Schloß gewesen, hat erst seiner Gefängniß halben Irrung wollen eingeworfen werden, darüber denn etliche vielfältige Reden hin und wieder gangen so bald denn Jr. Kays. Maj. dessen in Erfahrung kommen, und vermerket, daß Jr. Maj. Kays. Wort etlicher Maßen in disputation wolt gezogen werden, hat sie solches nit unbillig zu Herzen gefaßt, auch derhalben gewolt daß dieser Punct, neml. ob Jr. Kays. Maj. den Landgrafen Krafft ergangener Handlung (id quod in primis notari cuperem) gefänglich hab annehmen mögen, oder nicht von aller ander Handlung solte erlediget werden, mit ausdrückl. Vermeldung Ehe Jr. Kays. Maj. Ihres Kays. Worts mit dem wenigsten Erkennt fällig werden, ehe wolt Jr. Maj. unangesehen der verlornen Zeit zugeben; daß ohne alle Handlung der Landgraf wiederumb heimgelassen würde, und also Jr. Maj. in Irem Fürnemen fortfahren möchte. Darauf ist gefolget daß obgemeldete beide Churfürsten (scilicet Brandenburgicus & Saxo) der Billigkeit nach bekennet, daß Jr. Maj. von Rechtswegen wol gebürt, und im Fall ob etwas dawider aufgebracht, so weren beyde Churfürsten erbötig Jr. Maj. derhalben unterthäniglich zu verantworten, Wie solches beyde Churfürsten ohne Zweifel Jr. Maj. werden Zeugniß geben können. Also haben folgendes

(gg) In Chronico Saxoniae L. XVI. p. m. 421. & L. XVII. p. 443.

(bb) Hortleder l. c. L. III. c. 84. p. 696.

gends die beyden Churfürsten Jr. Keyf. May. persöhnlich mit Re-
petirung des abgeschriebenen Inhaltes, nemlich daß Jr. May. den
Landgrafen mit Jug gefänglich enziehen mögen. Umb anderst nicht
den Abkürzung der Zeit vorgedachter des Landgrafen Gefängniß
gebetten. In paulo post subsequētib; pugnat Augustus pro iu-
stitia longioris detentionis, sed quum haec aliena sint a scopo,
nolo extra oleas vagari.

§. XVI

Praeterea in toto capitulationis tenore nil legitur nisi quod
Landgrauio esset onerosum; quo praestito absolutio a banno im-
periali promittitur vitaeque conseruatio. Nec veri videtur si-
mile, ille Augustus qui vindictae exemplum toties statuerat, qui
ipso venerando Kortholto teste (ii) *princeps ambitiosus & ma-
iestatis suae curiosissimus erat*, cui & vires competebant suffi-
cienter vixtrixque exercitus, vt ab omni captiuitate eum diceret
literum, qui publico diplomate obedientiam recusarat, bellum
mouerat molestum ritulo ignuminioso eum affecerat (kk) quem
breui armis coactum in sua fore potestate praeuidebat, quem
omnes Catholici (iurene an iniuria non disputo) pro face & tu-
ba belli habebant. Lubet proferre illud Augusti (an) Darauf
wir denn aus Keyserliche Güte und Miligkeit und noch etlicher
ansehnlicher Fürsten hochfleißige Fürbitte von seinerwegen an
uns geschehen gnädiglich bewilliget und zugelassen, daß die Rechts-
Erklärung so wir billiger Weise, (wie auch der Landgraf
selbst bekennet) gegen ihm ausgehen lassen, aufgehelt, auch
die Strafe des Lebens, so er von wegen seiner geübten Rebellion
wol verdient nachgelassen, desgleichen daß er auch weder mit
ewiger Gefängniß confiscation oder Entsetzung seiner Gü-
ter

(ii) In adducto programme §. 8. p. 22.

(kk) Hortleder l. c. C. III. §. 28. p. 303.

(ll) Idem l. c. L. III. c. 78. p. 465.

ter mehrers oder weiters, denen die Abrede, so wir ihm gnädiglich bewilliget, inhaltet, nicht beschweret werden solle.

§. XVII.

Tametsi autem dici posset ipsum quidem Caesarem non liberationem a carcere promississe Landgrauio, eo tamen incio Granuellam dolose egisse; pro me respondeat Hieronymus Falleti coaeuus (*mm*) qui recensita captiuitate Landgrauii addit. Die beyde Churfürsten waren damit auch übel zu frieden, und beschwerten sich deswegen sehr, Antonius Perenottus Bischof zu Arras war bey dieser Abendmahlzeit auch, dem der Keyser aufgetragen hatte, den Vertrag aufzusetzen, weil er ein sehr gelehrter Mann, und mit einem hohen Verstand begabt war. Dieser zeigte ihnen mit ganz kräftigen Gründen, es wäre Philippo noch keine Gewalt zugefüget worden, denn die Vergleichung zwischen ihnen, welche öffentlich abgelesen worden, liesse solches zu, der Keyser verstand es dahin, daß er ihn so lang behalten wolle, bis er dasjenige zu Werk richtete, was er kraft des Vertrags zu thun schuldig were; weil er sich besorgte, er möchte aus der gar zu grossen Freiheit, wiederumb in vorige unerträgl. Gewohnheit gerathen, wolte damit anzeigen der Keyser were viel freundlicher und gütiger, als die Hoffärtigen werth weren, die weren wegen solcher Gütigkeit hochmühtig worden und würden täglich immer geringer. Weil nun die Churfürsten beredt wurden, es were wider die capitulation wider ihn noch nichts gehandelt, gaben sie sich zu frieden, weil sich aber befand, daß Sie zu Philippo gesagt, der Keyser wolle ihm alle Verbrechen verzeihen, und ihn in Freyheit lassen; schrieben sie an Philippi Gemahlin sie wolten sich bey ihr und ihren Kindern so lang einstellen, bis dasjenige vollzogen würde, was sie ihnen zugesagt, welches aber Philippus nicht zugeben wolte, meinete

(*mm*) Apud Hortlederum l. c. L. III. c. 81. editionis Gothanae recentioris de ao. 1645. (nam in antiquiori, quam alibi sequor, non exstat) p 732.

meinete dies würde zu seiner Freiheit ganz nichts dienen; sondern es könnte vielmehr ihre Gegenwart ihm bei dem Kaysen sehr behülflich seyn.

§. XVIII.

Quod vero regerit Cel. Kortholt, Wilhelmum & Mauritium postea in belli declaratione hanc fraudem modestia adductos non exprobrasse Augusto, applauderem, dummodo studium modestiae eluceret in Wilhelmina; (de Mauritio mox dicam) nec illi principes qui salva modestia ad arma ire potuerunt, salva modestia de fraude loqui potuissent. Qui enim bello Caesarem laecessunt, quare ministrum eius Granuellam (in hanc enim culpam regerunt) dictis laceßere dubitant? Sed maior fortassis huic quam Augusto debetur reuerentia!

§. XIX.

Quae vero Venerandus Kortholtus ex Illustri tradit *Ieyfere* (m) licet omnino sint doctissima, mihi tamen persuadere nequeo. Videntur equidem contra me esse; verum dubitationunculas quasdam mihi integer diplomatis Mauritiani nexus mouit. Quo minus calculum adiiciam obstat, me quia subterfugit quare, fraudes si haecce contigisset; Mauritio post V. demum annos cum Augusti fuisset enata similtas.

§. XX.

Proinde quum teste *Sleidano*, historico optimaefidei *spertantum facta* sit nomine Caesaris (oo) Electoresque ambo ea fulti Landgrauum reddiderint securum quod multis in locis ab
Hort-

(m) l. c. §. 4. p. 6. seqq.

(oo) L. XXIV. p. 754.

Hortledero edocemur in Celeb. *Kuchenbeckeri* (pp) transeo sententiam, quae & TIBI, VIR MAGNIFICE placuisse videtur (qq) verbis nempe Atrebatensem, non detentum, iri Landgrauium Electoribus aliquando affirmasse! Vtrumne autem Mauritius nimis fiderit gratiae, qua se apud Augustum, ob immortalia in eum merita, valere putabat; disquirant alii!

§. XXI.

Meas si interponere cogitationes fas est; experientia teste perfacile applicari loca auctorum vel probatissimorum solent ad opiniones dum semel fuerint conceptae; quae nunquam peperissent eas, si praeiudicio liberi rem aggredieremur. Hoc interim, quem semper honore prosequar Cel. Kortholtus vitio mihi non vertet, quod minus iuste summum aevi nostri historicum seu quod perinde, Exc. *Koelerum*, taxasse illum statuam ob dicta quae citato loco (rr) de Landgrauio protulit; si ipse enim Augustum nostrum salua reuerentia *principem*, suo in programme, dicere non haesitat, *ambitiosum & maiestatis curiosissimum*, vt supra iam obseruauit; quare idem candor nostrae aetatis Thuanum non decebit?

Dum autem Mogenius quoque (ss) scribere gestit Meritissimum *Koelerum* hac occasione *parum reuerenter, parum ab Augustanae Confessione addicto caute, parum a Saxoniae indigena amice, ne dicat contra omnem veritatem & rationem fuisse locutum* bene egit, quod conuictis suis metuens mox addiderit:

pax

(pp) in *Analectis Hassianis* collect. XI. n. 5. §. 8. p. 226.

(qq) in *Hist. Imperii R. G.* p. 446.

(rr) *Program. cit.* §. V. p. 11.


(ss) in *dissertat. epistolari de Carolo V. a culpatione libero quod statuum imperii tollere voluerit libertatem.* Giesae 1749. 4to.

pax mihi cum viro mire erudito. Si argumentum aliquod frinxisset vel leuissimum, responsionis iure non excidisset. Si interim Exc. Koeler reuerentiae leges migrasse ei videtur; quale ipsum fatum manebit, dum Caesaream hoc pacto laederet Caroli V. maiestatem iniuste proscripsisse Landgrauium (tt) dicentis nihil veritus tyrannum ita pinxerit, an minus. Aequa lance ponderantium tamen iudicium esto nonne prouocatoria Iohannis Friderici & Philippi Magnanimi ad Caesarem epistola (vv) sapiat proteruiam?

Sed manum de tabula. Nolo enim iuuenilibus hisce nimis diu oculos, **VIR MAGNIFICE!** **T**vos a scriptis veterum recentiorumque quae tanto cum orbis eruditi fructu diurna nocturnaue manu versaris, remorari. Ignosce, pro ea, quam expertam pia memoria recolo, beneuolentia, fiducia, qua inductus, **T**vum iudicium exquirere limatissimum reuerentissime ausus sum. Digneris, inquam, pro eo quam per omne aetatis spatium praedicabo fauore, vt in viam me reducas errantem, vel confirmes titubantem. Ego equidem, quod sancte spondeo, continuis precibus pro **T**va **T**vorvmque salute Numen fatigabo supremum **T**e faciat suorum exemplum benefactorum luculentissimum! In **T**e appareat, quanto in pretio eos habeat Deus, qui tam indefesso eius in gloriam, aliorumque felicitatem studio
femet

(tt) §. VII. Progr.

(vv) apud Hortleder L. III. c. 28. p. 303.



femet ipsi consumunt! Addat annos, adaugeat vires, par sit
vegetae iuentae senectus robusta! Nihil denique abs TE sit
alienum, nisi quod non sit exoptatissimum.

Haec meta votorum

VIR MAGNIFICE
PRAECEPTOR AETATEM
SVSPICIENDE!
INCLYTO NOMINI TVO

Goettingae dabam VII. Calendas
Aprilis cIdIcccL.

Additissimi

PETRI PLESKEN.

k-Blatt bitte im Buch lassen

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

SLUB DRESDEN



3 0507162

7 A 2178

